XLI. TREVICVM.

Sub Romula mansio itinerariorum (v. p. 26) media inter Aquiloniam (Lacedogna) et Aeclanum ibi fere fuerit necesse est, ubi nunc sunt Carife vicus, ad quem situs mons Rumulo antiqui nominis fortasse memoriam servat, et Trevico oppidum episcopi sedes. Romulea urbs Samnitium, quam annales Romani ad a. u. c. 458 scribunt a Romanis expugnatam esse (Liv. 10, 17; Stephanus Byz.: Ῥωμυλία τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Σαυνιτῶν πόλις), quominus ea ipsa fuerit, nihil impedit. Denique quam Horatius sat. 1, 5, 79 commemorat primam stationem a Benevento pergenti in Apuliam villam Trivici (*incipit ex illo — a Benevento — montes Apulia notos ostentare mihi, quos torret Atabulus, et quos numquam erepsemus, nisi nos vicina Trivici villa recepisset lacrimoso non sine fumo* cum schol. Porphyrionis: *Trivici oppidum [in] fine Campaniae est)* aut Trevici fuisse aut certe prope Trevicum non est cur dubitemus, cum et nomen conveniat et quod Trevico distat a Benevento diei unius itinere.

Complexi sumus hoc capite quidquid titulorum prodiit in valle Ufitae fluvii superiore, nempe ad vicos S. Agata di Puglia, Accadia, Anzano, item ad Trevicum et Carife et Flumari. Universum agrum pertica Aeclanensium comprehensum fuisse inde colligitur, quod et tribus eorum bis ibi invenitur (n. 1401. 1414) et magistratus Aeclano convenientes n. 1414. 1415.

1401 rep. a. 1871 in loco q. d. la Roggia *tra il bosco di S. Pietro e S. Agata di Puglia.*

D · M
L · CAMVRIO · L · F · COr
EROTIANO
VIXIT · ANN · III · M · VIII · D · VIII
CAMVRIA · VRSVLA · MAteR
FILIO · DVLCISSIMO · ET · SIBi
FECIT

Andreas Calabrese canonicus Trevicensis misit Instituto a. 1875.

2 fin. COI, 5 fin. MAR . . traduntur.

1402 [= 1064] ultra Accadiam VIII lapide a Bovino in crypta ecclesiae S. Mariae Bevialis.

D · M · S
M · ECLANIO · FE
LICISSIMO · CLO
DIA · SILVANA · CO
IVGI · K · B · M
CON QVE · VIXIT · An
I//I · M · VI

Servavit Paglia cod. Vat. 5241 p. 594 (inde Manutius orth. 267, 21. 720, 4; Grut. 779, 9).

6 AI traditur.

1403 [= 1066] in Aquedia castro Apuliae in eccl. S. Petri IVC. Accadiae in Apulia VIII lapide a Bovino in porta ecclesiae S. Petri MANVT.

MARIAE · M · F VIBBIAE · L · F · TERTIAE
C · VIBBIVS · L · F · SER · MATRI · ET · SORORI
FACIVNDVM CVRAVIT

Duo exempla extant appendicis Iucundianae (cod. Zenonis f. 191'; cod. Cicognae f. 201'; Piccarti liber n. 30 apud Reinesium epist. p. 330, syll. 15, 10) et Pagliae cod. Vat. 5241 p. 594 (inde Manutius orth. p. 777; Grut. 746, 9 male).

1404 *Anzano Irpino nel bosco di S. Pietro* in monasterio quod fuit Benedictinorum.

D · M
MANDORINO
SILVESTRO
B · PATRI · SVO
BENE
MERENTI
FECIT

Andreas Calabrese canonicus Trevicensis misit Instituto a. 1875.

1405 *Anzano Irpino nel bosco di S. Pietro* in monasterio quod fuit Benedictinorum.

RVFINO
ALVMNO
VIXIT · ANNOS
XX
CELERIN · B · M · P

Andreas Calabrese canonicus Trevicensis misit Instituto a. 1875.

1406 [= 1334 = 228*] columna formae Lucanae. *Taverna delle noci nella valle detta via lappia oggi delle jumeralle per Sansossio e Flumari (a 24 m. da Herdonea) accanto ad una stalla vecchia* ANON. A Trevico septentrionem versus *nella valle Saccarda al molendino chiamato Taverna delle noci* DRESSEL. — Frigenti GIVST.

D M
PLATORIAE
CASTAE
Q · MESSIVS
GEMINVS
CON · B · M · F

Recognovit Dressel. Pratilli p. 507; Anonymus Arianensis (cod. Neap. XIV G 23) 17 Iul. 1789; Giustiniani 4, 180 (inde per Ciampium Guarini *spicil. ecl.* 1826 p. 19); Calabrese Trevicensis misit descriptam.

4 Q potius quam C Dressel. — 5 sic Anon., GF//INVS Dressel.

1407 prope Trevicum *contrada Scampitello nel mulino del Sig. Lisi nel muro di prospetto.*

D · M
LVCCIO RVPI
LIANO OVIA
PATRI · B · M · P · S

Andreas Calabrese canonicus Trevicensis misit Instituto a. 1875 acceptam ab amico.

3 'aut OVIA aut QIAIV' Cal.

1408 prope Trevicum *contrada Scampitello nel mulino del Sig. Lisi nel Torricello.*

D · M
FONteIO · MARC
ELLINO · FONTE
ia · IANVARIA · FI
LIO · DVLCISSI
MO · B · M · P

Andreas Calabrese canonicus Trevicensis misit Instituto a. 1875 acceptam ab amico.

1409 Trivici in aede cathedrali.

D M
RVBRIA RESILLI
IAII CLAVDIO
QVINTIANO
CONIVGI B M
FECIT

Anonymus Arianensis (cod. Neap. XIV G 23) 17 Iul. 1789.

1410 [= 7208] Trivici.

ELIVS · IANVARIVS

Antonius Terminius Contursanus *apologia di tre seggi illustri di Napoli* (Venetiis 1581. 4.) f. 28.

1411 [= 7209] Trivici.

MARCVS · IANVARIVS

Terminius l. c.

1412 [= 1333] ad Carife in agro.

N · MODIVS · N · F · PRIMVS
SIBI · ET · SVIS
N · MODIO · N · F · PAVLO
ANNO · XVIIII
METTIAE · SEX · L · PRIMAE
MATRI

Guarini comm. XII p. 27.

1413 litteris antiquioribus, rep. primo lapide a Carife et Castel Baronia occidentem versus prope fluvium Ufita, *contrada Serre di Marco, masseria di Giuseppe Primavera.*

l SALVIVS · L · L · AGATO
PATVLACIA · P · L · PHILEMATI
ET
P · PATVLACIO · BASSO

Dressel descripsit.